



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiae Vanitate, qua superioris  
ætatis homines, doctrinam & religionem suam  
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus  
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

**Sarcerius, Erasmus**

**Francoforti, 1541**

**VD16 S 1775**

De Confessione coram Deo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29838**

## DOCTRINA SCHOLAST.

Poenitentia interior principalius accipitur pro contritione.

Dolor in contritione non accipitur pro passione, sed actu.

In contritione sunt tria: gratia, dolor & effectus meriti satisfacentis.

Contritio habet uotum confessionis sibi annexum.

Ad contritionem uenialis non requiritur propositum non peccandi, sicut de mortali, sed sufficit displicantia eius & suae causae.

Peccatum ueniale per solam contritionem remittitur.

Contritio ut pars sacramenti est causa instrumentalis remissionis peccatorum.

Quaelibet contritio quantumcumque parua, omnem culpam delet.

Contritio ratione charitatis delet culpam, ratione doloris delet poenam.

Attritio est imperfecta displicantia de peccatis.

Attritio non potest fieri contritio, quia est actus transiens.

## DE CONFESSIONE coram Deo.

Confessio coram Deo est qualitas & uirtus in nobis.

Confessio

DE CONFES. CORAM DEO. 115

Confessio coram Deo ex opere operato iustificat.

Confessio quae coram Deo fit, dicitur mentalis, quae fit soli Deo, & haec est de iure naturae. Haec confessio etiam appellatur confessio fraudis, qua peccator seipsum accusat. Et confessio fraudis accepta est Deo in ore peccatoris, hoc est, eius qui adhuc peccator est, dum tamen non sit peccator in uoto, seu actu interiori, uel exteriore.

DE CONFESSIONE  
auriculari.

Confitens non tam propter uerbum, quam propter contritionem absoluitur.

Omnia peccata tam uenialia quam mortalia confitenda sunt.

Omnia peccata secundum omnes suas circumstantias confitenda sunt.

Possibile est aliquem posse omnia sua peccata confiteri, facta diligent discussione & collectione.

Peccata in confessione remittuntur, absolutione sacerdotis, etsi non credant, qui absolvuntur.

Confessor diligenter inquire debet, num absoluendus omnino contritus sit.

Confessio auricularis per se iuris diuini est.

P. 3